uestes surrexit xpus spes mea precedet suos in gali
leam Credendum est magis soli marie ueraci quam
iudeorum turbe fallaci Scimus xpm surrexisse a mor
tuis uere tu nobis uictor rex miserere. sequentia. In die pent.
Veni sancte spiritus et emitte celitus lucis tue
radium Veni pater pauperum ueni dator munerum
ueni lumen cordium Consolator optime dulcis
hospes anime dulce refrigerium In labore requi
es in estu temperies in fletu solacium O lux bea
tissima reple cordis intima tuorum fidelium Sine
tuo numine nichil est in homine nichil est innoxium La
ua quod est sordidum riga quod est aridum sana quod est sau
cium Flecte quod est rigidum foue quod est frigidum rege
quod est deuium Da tuis fidelibus in te confitentibus sacrum